Nobilissime et Ampl^me. D^ne;

Quo igne incalueris nescio. Febrilem quidem illum, quem
pridem defebruisse spero, satis certus sum ejusmodi
scintillas non emittere, quales in Poëmatio nuper misso
agnovi lucidissimas. At enimvero, praeter illas tuas
in aetate jam provectula ingenij usque juveniles flammas,
ignea fax amor est Patriae Patrij; quâ non
desinis tu ardere, neque hæc dictare tibi dignissimas te
et respub. meditationes: ut ambigere liceat,
potiorne civis an poëta habendus sis. Raptim
hæc effutio, districtus pluribus negotijs, quae
incumbere soli solent, quoties exercitus in
praesidia reducendus est; quod nunc agimus.
Itaque eis paucos dies, quorum aliquot ego
Zulichemio meo impensurus eo, amplius hæc
extrahor(?), ubi Hagae te sanum ac valentem
amplecti dabitur; quod nunc animo et affectu
facio, mi D^ne, penitus tibi virtutibusque
tuis addicto ac devoto. Bergis ad Zomam
XV. Cal. Nov. XLIV.

D. T. observantiss.^us

C. Huygens

© Regionaal Archief Alkmaar
685 Archief van de Familie Van Foreest, inv. nr. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3813

Mijn Heere

Mijn Heere van Foreest,
Raedsh.r inden Hoogen Raede
in
's Gravenhaeghe.

© Regionaal Archief Alkmaar
685 Archief van de Familie Van Foreest, inv. nr. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3813